



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

VII. Der Rath zu Dramburg bekundet den zwischen dem Markgrafen Woldemar und dem Bischofe von Camin über die Bischofspfenninge von der Dramburger Feldmark geschlossenen Vergleich, am 29. September ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

VII. Der Rath zu Dramburg befundet den zwischen dem Markgrafen Woldemar und dem Bischofe von Camin über die Bischofspfennige von der Dramburger Feldmark geschlossenen Vergleich, am 29. September 1312.

Reuerendo in Cristo patri Hinrico, Episcopo Caminensi, consoles ciuitatis Drauenborch seruicium in omnibus beniuolum et paratum. Recognoscimus et notum facimus tam presentibus quam posteris publice protestantes, quod inter Dominum nostrum Marchionem Brandenburgensem Woldemarum dictum et presatum dominum Hinricum, Episcopum Caminensem, pro denariis Episcopalibus ex parte ciuitatis Drauenborch est taliter placitatum, Quod ipsa ciuitas Drauenborch libertatem a solucione denariorum episcopalium habebit ex gracia predicti domini Hinrici Episcopi Caminensis a festo beati Martini proxime nunc venturo ulterius ad duodecim annos. Hiis duodecim annis peractis et computatis, ciues predictae ciuitatis Drauenborch de quolibet manso adiacente ciuitati culto predicto domino Hinrico Episcopo Caminensi aut suis posteris, quod Deus auertat, pro denariis episcopalibus vnum solidum Brandenburgensis monete, omni occasione postposita, perpetue erogabunt. In huius rei euidenciam presens damus scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Actum et Datum Drauenborch, anno domini millesimo tricentesimo duodecimo, In die beati Michaelis archangeli, per manum Hinrici, plebani in Drauenborch.

Nach dem Caminschen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.

VIII. Markgraf Woldemar verpfändet die Lande und Schlösser Schiefelbein und Falkenburg dem Bisthume Camin, am 8. Februar 1317.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberg Marchio, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod computatione facta cum venerabili in Christo patre domino Hinrico, Caminensis ecclesie Episcopo, remansimus et Manemus eidem, ecclesie sue et Capitulo ex iustis debitis obligati in decem millibus marcis argenti Brandenburgensis ex rationabilibus dampnis et expensis ac parata pecunia, que et quas nos longo tempore in, diversis nostris guerris pluribus annis ad diversas eciam mundi partes cum suis vasallis sequendo pertulit et exposuit, de cuius computatione bene contentati ipsam tanquam iustam et rationabilem approbamus et ratificamus ac eisdem nos obligari in summa huiusmodi profitemur. Volentes autem eisdem Episcopo, ecclesie et Capitulo satisfacere, vendidimus et per presentes vendimus Episcopo, ecclesie et Capitulo ante dictis pro dictis sex millibus marcarum argenti Brandenburgensis terram, ciuitatem et castrum Schiuelben, pro residuis vero quatuor millibus marcarum terram, ciuitatem et castrum Valkenborch cum villis adjacentibus, cum omni proprietate, vtilitate et commodo ac dominio directo et vtili et vasallatu, prout eedem terre, ciuitates et castra ac ville ad nos dinoscuntur pertinere, cum omnibus suis metis et finibus et in eis contentis. Completo vero